

NUMMUS CASTRENSIS
OCTAVII FARNESII, DUCIS

Placentiæ, Parmæ, & Castrî: Marchionis Novariæ.
S. Eccles. Generalis, Cusur durante bello Pro-
testantium: Anno Christi

1546.



CTAVIUS Farnesius, cujus modò facta mentio, in Germaniam ubi venisset, strenui Ducis munere præclare functus est. Nam ubi Cæsar Donaverdam expugnare decrevisset, lectissimis equitibus prius vrbe exploratâ, Farnesium cum equitatu peditatuque Italo, & Schaumburgium Comitem cum Germanis, ac duodecim bellicis tormentis eò mittit. Probavit hominis consilium fortuna: cumque de nocte profectus eò prima luce venisset, admotis scalis oppidani sese dedunt: præsidarij fugâ sibi salutem quærunt. Distabant inter se castra non plus mille & quingentis passibus: tantâ attamen diligentîâ, tamque occultè res gesta fuit: ut hostes neque opportunè succurrere, neq; scire, quid factum sit, nisi peracto negotio, potuerint. Exeunt per conditiones deditionis duo vexilla præsidariorum militum: quæ à foederatis ibi relicta fuerant, quorum in locum duo vexilla rursus introducta sunt Cæsarianorum. Emblemate significare voluit Octavius, nullam arcem, castrum, turrin aut civitatem tam munitam esse, cuius porta virtuti non pateat: In via enim virtuti nulla via. Sleidamus. Author.